



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Liber VII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

Sacramentum de incestuoso dissidio. xxvii.  
Hæc capitula de septem gradibus cōsanguinitatis sanctus  
Isidorus diligenti inquisitione descripserat, & in figura  
inferius depicta apertius ordinauerat. xxviii.

Capitulum I. de septem gradibus.

- Capitulum II. ..
- Capitulum III. ..
- Capitulum IIII. ..
- Capitulum V. ..
- Capitulum VI. ..
- Capitulum VII. ..

De incestuosis qui admonitiones sacerdotum cōtemnunt. xxix.

Quòd infra sextam generationem coniugia nō fiant. xxx.

Indicis Capitulorum FINIS.

# D. Burchardi

## ECCLESIAE VVORMA- ciensis Episcopi, de Incestu, De- cretorum Liber VII.

ARGVMENTVM LIBRI.

Libro hoc de incesta consanguinitatis copulatione a-  
gitur, & in quo gradu coire dirimique coniugia debeant,  
quæque pro ratione delicti incesto pollutis pœnitentia  
iniungi debeat, ostenditur.

Quòd infames vocentur qui ex cōsanguineis nascuntur. Cap. I. Ex epist.  
C Oniunctiones autem consanguineorum fieri Calist. pa  
prohibere, q̄ eas & diuinæ leges & seculi pro- pa fratri  
hibent. Leges ergo diuinæ, hæc agentes, & eos bus per  
qui ex eis prodeunt nō solùm eiiciunt, sed & Galliam  
maledictos appellat. Leges verò seculi infames cōstitutis  
tales vocant, & ab hæreditate repellunt. Nos verò sequentes missa. c. i  
patres nostros, infamia eos notamus, & infames esse cōse-

mus: quia infamiae maculis aspersi sunt, nec eos quos leges  
seculi reiciunt, nos in testimoniū suscipere debemus. Eos  
autem consanguineos dicimus, quos diuina, & seculi leges  
consanguineos appellant: & in hereditatem suscipiunt, nec  
repellere possunt. Talium enim coniunctiones, nec leges  
meae sunt, nec permanere possunt, sed sunt repellendae. Quis  
ergo non est legitimè coniunctus, vel absque dotali  
tulo & sine benedictione sacerdotis constat esse copulatus  
sacerdotes vel legitimè cōiunctos criminari, vel in eos re-  
stificari minimè potest: quoniam omnis incesti macula pol-  
lutus infamis est, & accusare supradictos non permittitur.  
Non solum ergo hi reiciendi sunt, & infames efficiuntur,  
sed etiam omnes eis consentientes.

*Quod nulli liceat de propria cognatione uxorem du-  
cere. Cap. II.*

*Ex cōcil. Vuorma. cap. 2.* **I**N copulatione fidelium generationum numerū rodesi-  
nimus, sed id statuim⁹, vt nulli liceat Christiano de pro-  
pria consanguinitate seu cognatione uxorem accipere, vlti-  
mum generatio recordatur, cognoscitur, aut memoria reti-  
netur.

*De incestuosis. Cap. III.*

*Ex cōcil. Hilerdēsi cap. 10.* **D**E his qui se incesta pollutione commaculant, ple-  
cuit vt quousque in ipso detestando & illicito carnali  
contubernio perseuerant, vsque ad Missam tantum ca-  
techumenorum in Ecclesia admittātur. Cum quibus etiam  
nec cibum sumere vlli Christianorum, sicut Apostolus iu-  
sit oportet.

*De eadem re. Cap. .IIII.*

*Ex cōcil. Agathē. cap. 8.* **D**E incestis coniunctionibus nihil prorsus veniae rele-  
uamus, nisi cum adulterium separatiōe sanauerint. Et  
si sanare noluerint, anathematizentur.

*De eadem re. Cap. V.*

*Ex cōcil. Aureli. cap. 1.* **I**ncestuosi dum in ipso detestando atq; nephando scelere  
Imanent, non inter fideles Christianos, sed inter gēti-  
aut catechumenos habeantur, id est, cum Christianis non  
sumant potum, non cibum sed soli hoc faciant, non o-  
lentur aut salutentur ab eis. Sed si suis sacerdotibus inobe-

dientes extiterint, & à tam nefando scelere se segregare, atque ad publicam pœnitentiam redire noluerint, inter eos habeantur, qui spiritu periclitantur immundo, vel etiã inter eos de quibus per se Veritas ait: Si te non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Et si aliter eorum morte præuentus fuerit, alter quandiu viuat, grauius pœniteat, & sine spe coniugii maneat.

*Ne aliquis fidelium ad propinquam sanguinis sui accedat. Cap. VI.*

**N**am & hæc salubriter præcauenda sancimus, ne quis fidelium propinquam sanguinis sui, vsquequo affinitatis liniamenta successione generis cognoscit, in matrimonio sibi desideret copulari, quoniam scriptum est: Omnis homo ad proximam sanguinis sui nõ accedat, vt reuelet turpitudinẽ eius. Et iterum: Anima quẽ fecerit quipiam ex istis, peribit de medio populi sui. Sanẽ quibus cõiunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris coniugii libertatem.

*Quod æqualiter coniungendus sit in matrimonio vir suis cõsanguineis, & vxoris. Cap. VII.*

**E**qualiter vir coniungatur in matrimonio cõsanguineis suis, & cõsanguineis vxoris suæ.

*Quod vno modo parentela viri & mulieris in cõiunctione considerata sit. Cap. VIII.*

**S**anẽ cõsanguinitas quæ in proprio viro obseruanda est, hæc nimirum in vxoris parentela de lege nuptiarũ custodienda est: quia constat, eos duos fuisse in carne vna, communis illis vtraque parentela esse credenda est, sicut scriptum est: Erunt duo in carne vna.

*In quo geniculo abstinendum sit. Cap. IX.*

**I**sidorus in Etymologiis suis vsque ad septimam generationem cõsanguinitatis abstinendum, & sic legitimo connubio coniungendum asseruit. Inde reor eũ fecisse, quod genealogiæ seriem retexens, quousque ordinem numerandi perducere posset, eò cognitionẽ sanguinis seruandam aestimauit. Sicq; ad iuuocationem generis & amicitiae ius confirmandum, redire ad connubium sanciuit, quando iam cognationis ordo numerari desinit.

V.

*Ex cõcil.  
Toletan.  
2. cap. 5.*

*Ex decr.  
Iulij pa-  
pa.*

*Ex cõcil.  
Matisce.  
cap. 3.*

*Ex dictis  
sancti Is-  
dori.*

Ex dictis  
eiusdem.

**B**Eatus Isidorus, de consanguinitate sic loquitur. Cuius filia, quod est frater & soror, sit ipse truncus. Illis seorsim seiunctis, ex radice illius trunci egrediuntur isti ramusculi, nepos & neptis, primus: pronepos & proneptis, secundus: abnepos & abneptis, tertius: adnepos & adneptis, quartus: trinepos & trineptis, quintus: & trinepotis nepos & trinepotis neptis, sextus. Hæc consanguinitas, dum se per latum in propaginū ordinibus dirimens, vsque ad ultimum gradum sese subtraxerit, & propinquitas esse desierit, primum lex in matrimonii vinculum recipietur, & quod modo reuocabit fugientem. Ideo autem vsque ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est, vt sic sex ætatibus mundi generatio, & hominis status finita ita propinquitas generis, tot gradibus terminetur.

Quod consanguinitas vsque ad septimum generis gradum conseruari debeat. Cap. XI.

Ex epist.  
Greg. pa  
pa, episc  
pis Gal-  
lia missa.

**P**rogeniem suam vnumquæque ad septimam obliuiscere decernimus generationem, & quãdiu se agnoscunt affinitate propinquos, ad coniugalem copulam accedere denegamus. Quod si fecerint, separentur.

De eadem re. Cap. XII.

Ex cõcil.  
apud the  
odonis vil  
lam habi  
to. ca. 8.

**N**ullus fidelium vsque ad affinitatis lineam, id est que in septimam progeniem, consanguineam suam ducat vxorem, vel eam quoquo modo incesti macula polluat. Si quis verò hoc temerè præsumpserit, vt incestum luxuriose publicè, iuxta canonicos gradus pœniteat.

De eadem re. Cap. XIII.

Ex cõcil.  
Lugdun.  
cap. 10.

**N**ulli ex propinquitate sui sanguinis vsque ad septimum gradum vxores ducant, neque sine benedictione sacerdotis. Qui ante inuupti erant, à sacerdote benedictionem accipere audeant.

Ex cõcil.  
Aurelia.  
cap. 10.

**N**ullum in vtroque sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis, vel vxoris, vsque in septimi generis

um uxorem ducere, vel incesti macula commaculari.

De eadem re. Cap. XV.

**I**N septem gradibus omnia propinquitatū nomina cō- *Ex cōcil.*  
tinentur, ultra quos nec affinitas inuenitur, nec succes- *Agrip-*  
sio potest amplius prærogari. *pin. ca. 6*

De eadem re. Cap. XVI.

**D**E affinitate nanque sanguinis per gradus cognatio- *Ex cōcil.*  
nis, placuit vsque ad septimam generationem obser- *Meldesi,*  
uare: nam & hæreditas rerū per legales definitiones san- *cap. 7.*  
cit vsque ad septimum gradum prætere hærედū suc-  
cessionem: nō enim succederent, nisi eis de propagine co-  
gnationis deberetur.

*Vi duobus vel tribus testibus testimonium dicentibus  
consanguinei separentur. Cap. XVII.*

**V**T omnis controuersia, quæ de ecclesiasticis rebus sit, *Ex cōcil.*  
secundum diuinam legem sub duobus, vel tribus te- *Hilerdēsi*  
stibus terminetur. Testis est dominus, quum dixit: Non *cap. 20.*  
vnus stet contra alium, sed in ore duorū, vel trium testium,  
stet omne verbum.

De eadem re. Cap. XVIII.

**C**ontradicimus quoq; vt in quarta, vel quinta, sexta- *Ex cōcil.*  
que generatione, nullus amplius cōiugio copuletur. *Cabillon.*  
Vbi autem post interdictum factum fuerit inuentum, se- *cap. 5.*  
paretur.

*Quid sanctus Gregorius Augustino Anglorum  
predicatori propter teneritatem nouæ fi-  
dei permisit. Cap. XIX.*

**G**regorius papa requisitus ab Augustino Anglorum *Ex epist.*  
gentis episcopo, quomodo generatione fideles debeant *Ioannis*  
copulari, dispensatoriē sic rescribit. Quædam lex in Ro- *Constāti-*  
mana republica permittit, vt siue frater & soror, seu duo- *nop. epi-*  
rum fratrum Germanorum, vel duarum sororum filius & *scopi ad*  
filia misceantur: sicut experimento didicimus, ex tali cō- *Felicē ep̄*  
iugio sobolem non posse succrescere. Vnde necesse est, vt *scopū St-*  
tam quarta, vel quinta generatio fidelium, licenter sibi *alie.*  
iungantur.

*Quod sanctus Gregorius hoc Anglorum genti  
specialiter non generaliter permisit.*

*Caput XX.*

*Idem  
Ioā. dicit*

**V**erum post multum temporis à Felice Mesenzia præfule requisitus, vtrum Augustino Gregorius scripsit, vt Anglorum quarta generatione contracta matrimonia minimè soluerentur. Humilimus pater Gregorius, inter cætera talem dedit rationem. Quod scripsit Augustino Anglorum gentis episcopo, alumno videlicet recorderis tuo, de consanguinitatis coniunctione, & Anglorum genti, quæ nuper ad fidem venerat, nec non quod cœperat, metuendo austeriora recederet, specialiter, & non generaliter certissimè scripsisse me cogit scas. Vnde & mihi omnis Romana ciuitas testis est, nec ea intentione hæc illis scripsi mandata, vt postquam firma radice in fide fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inuenti fuerint, non separentur, aut affinitatis lineam, id est, vsque ad septimam generationem iungantur: sed quod adhuc illis neophytis existentibus primùm illicita consentire, & eos verbis ac exemplis instruere, & quæ post de talibus egerint, rationabiliter deliter excludere oporteret. Nam iuxta Apostolū qui Lac dedi vobis potum non escam, ista illis modo, non steris, vt præfixum est, temporibus tenenda indulgentia ne bonum quod infirma adhuc radice plantatum eratureretur, sed aliquantum firmaretur, & vsq; ad perfectiorem custodiretur. Hæc ergo ego Ioannes idcirco peragenda curavi, vt hi qui occasione nouæ dispensationis licita matrimonia contra hunc eruditissimum virum confantur, non generaliter quartæ generationis copulati fuisse, imò venialiter.

*Quod extranei, nisi ex necessario, discidium inter consanguineos facere non debeant. Cap. XXI.*

*Ex decr.  
Fabiani  
papa, ca.  
8.*

**C**onsanguineos extraneorum nullus accuset, vel consanguinitatem in synodo computet, sed propinquitatis quorum notam pertinet, id est, pater, mater, frater, patruus, auunculus, amita, matertera, & eorū procreantibus. Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus & racionibus, quibus eadem propinquitatis nota sit, episcopus

canonicè perquirat: & si inuenta propinquitas fuerit, separentur.

De eadem re. Cap. XXII.

SI quis neptem suam in coniugium duxerit, anathema sit. *Ex cõcil. Romano. Grego.*

De eadem re. Cap. XIII.

SI quis consobrinam in coniugium duxerit, anathema sit. *Eiusdem. Gregor.*

De eadem re. Cap. XXIII.

SI quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, in coniugium duxerit, anathema sit. *Itẽ eius. Gregor.*

Sacramentum de parentela, quomodo inquirendum sit. Cap. XXV.

DE ista parentela quam dicunt esse inter illum N. & istam eius coniugem N. quicquid inde scis, aut audisti à tuis vicinis, aut à tuis antiquioribus propinquis, quod tu per nullum ingenium, nec propter amorẽ, nec propter timorem, aut per præmium, aut per consanguinitatem certabis episcopum tuum, aut eius missum, cui hoc inquirere iusserit, quãdocunq̃ te ex hoc interrogauerit, sic te Deus adiuuet, & ista sanctorum reliquia.

Iuramentum testium. Cap. XXVI.

ISTVD sacramentum quod iste iurauit de illa parentela, quã inter illum N. & eius coniugem N. computatur, quod tu illud obseruabis in quantum sapis, aut audisti, sic te Deus adiuuet.

Sacramentum de incestuoso discidio. Cap. XXVII.

AB isto die in antea quod tu per nullum ingenium, te sociabis huic tuã consanguineã N. cum qua contra legem, & rectam Christianitatem tuam adulterium & incestum perpetrasti, nec in coniugio, nec in adulterio illam tibi sociabis, nec cum illa ad vnã mensam manducabis & bibes, aut sub vno tecto manebis, nisi fortẽ in Ecclesia, aut in aliquo publico loco, vbi nulla mala suspicio possit esse, ve tibi coram testibus idoneis pro certa necessitate pariter colloquamini. Nec aliam coniugem accipes, nisi forte post peractam pœnitentiam tibi licentia data fuerit ab episcopo tuo, aut eius missio, sic te Deus adiuuet, & ista sanctorum reliquia.



Hæc capitula de septem gradibus consanguinitatis sanctus Isidorus diligenti inquisitione descripserat, & in figura inferius depicta, apertius ordinauerat. Caput XXVIII.

## Capitulum I. de VII. gradibus.

Isidor. de VII. gradibus cō-  
sanguinitatis.

**P**RIMO gradu superiori linea continentur, pater: inferiori, filius, filia, quibusque nullæ aliæ personæ coniunguntur.

## Capitulum I I.

**S**ecundo gradu continentur superiori linea, auus & auia, inferiori, nepos, neptis. In transversa frater, soror, personæ duplicantur. Auus enim & auia, tam ex patre, quam ex matre accipiuntur. Quæ personæ sequentibus quatuor gradibus similiter pro substantia earum, quæ in quoque gradu subsistunt, ipso ordine duplicantur. Iste gradus in secundo gradu ideo duplices appellantur: quia duo aui, & patruus est, & maternus. Item duo genera nepotum suorum ex filio, siue ex filia procreati. Frater & soror ex transuersa veniunt, id est, aut frater patris, aut frater matris: quibus patruus, aut auunculus nominatur. Qui & ipsi hoc ordine duplicantur.

## Capitulum I I I.

**T**ertio gradu veniunt supra, proauus, proauia: inferiori, nepos, proneptis: ex obliquo, fratris, sororisque, filius, vel filia. Patruus, amita, id est, patris, frater, & soror: auunculus, matertera, matris, frater, & soror.

## Capitulum I I I I.

**Q**uarto gradu veniunt supra, abauus, abauia: inferiori, abnepos, abneptis: ex obliquo, fratris & sororisque, filius, vel filia. Confobrinus, confobrina, id est, patruuli, & matertera filius, vel filia. Amitinus, amitina, id est, amita filius, vel filia. Itemque confobrini: quia ex duobus fratribus nascuntur. Quibus accrescit patruus magnus, matertera magna, id est, aui paterni, frater & soror. Auunculus magnus, matertera magna, id est, auia: tam paternæ, quam maternæ, frater & soror.

## Capitulum V.

Quinto gradu veniunt supra quidem atavus, atavia: infra adnepos adneptis: ex obliquo fratris & sororis, pronepos, proneptis: fratres patruales, sorores patruales: amitini, amitinae: consobrini, consobrinae filius, vel filia, proprius consobrini, consobrini, id est, patrum magni, amitinae magnae, avunculi magni, matertera magna filius, vel filia. Quibus accrescunt propatruus, proamita. Hi sunt proavus materni frater & soror, proavunculus promatertera. Hi sunt proavia paterna, maternaque; frater & soror, proavusque materni. Haec species, nec aliis gradibus quam scripta est, nec aliis vocabulis declarari potest.

## Capitulum VI.

Sexto gradu veniunt supra tritavus, tritavia: infra trinepos, trineptis: ex obliquo fratris & sororis, abnepos abneptis: fratres patruelis, sorores patruelis. Amitini amitinae, consobrini consobrinae. Patrum magni, amitinae magnae, avunculi magni, matertera magnae. Neptis proprius consobrini filius vel filia, qui consobrini appellantur. Quibus ex latere accrescunt propatrum, proamita: proavunculus, promatertera filius, vel filia, adpatruus, adamita. Hi sunt abavus paterni frater & soror, abavunculus, abmatertera. Hi sunt abavia paterna maternaque frater & soror, abavusque materni. Haec quoque explanari amplius non possunt, quam autor ipse differuit.

## Capitulum VII.

Septimo gradu, qui sunt cognati recta linea, supra infraque; pro propriis nominibus non appellantur, sed ex transversa linea continentur fratris sororis adnepos adneptis, consobrini filii, filiaeque; successionis. Idcirco gradus septem constituti sunt: quia ulterius per rerum naturam, nec nomina inueniri, nec vita succedentibus prorogari potest. In his septem gradibus omnia propinquitatum nomina continentur, ultra quos affinitas inueniri, nec successio potest amplius propagari.

De incestuosis qui admonitiones sacerdotum contem-  
nunt.

## Capitulum XXIX.

Incestuosi, paricidae, homicidae, multi apud nos prohibentur. Ex concilio Turoni. cap. 41: admonitionibus aurem accommodare, volentes in pristina

D. BURCHARDI. EPIS. VVORMAC.

nis perdurare criminibus: quos oportet per secularis potentiae disciplinam à tam praua consuetudine coerceri, qui per salutifera sacerdotum monita noluerunt reuocari.

*Quòd infra sextam generationem coniugia non fiant.*

Caput XXX.

*Ex concil. apud Cöfientiam cui interfuit Henricus & Carolus reges, cap. 1.*

**A**Nno dominicæ incarnationis, DCCCC. XXII. apud Confluentiam iussu venerabilium principum Caroli videlicet, & Henrici regum reuerendissimorum cõgregati sunt episcopi numero VIII. Hermannus Agrippinensis archiepiscopus, Herigerus Mogunticësis archiepiscopus, Thiedo Vvirceburgensis Episcopus, Luittharius Mindanensis episcopus, Doto Osneburgësis episcopus, Richgouuo Vvormaciensis episcopus, Richuuinus Strazburgensis episcopus. Vnuano Padebrunësis episcopus, cum abbatibus aliisq; sacri ordinis viris quamplurimis. Cap. I. qui ipso cooperante & sententias eorum confirmante domino nostro Iesu Christo in synodali residentes conuëctu, multa vtilia ac sanctæ Dei Ecclesiæ profutura saluberrimo tractantes consilio Inter cætera quæ statuerunt, hoc maximè necessarium, & instanti prohdolor tẽpore per abusioem frequentissimum cognationis incestum, summa cautela vitandum firmauerunt: Hoc est, ne vllus Christianus infra sextam generationem nuprias copulare præsumat.

Finis Libri Septimi.

*Sequitur figura Sancti Isidori Episcopi de Septem gradibus consanguinitatis.*





Tri. Tri.  
taui ta.  
pī. mī

Tri. Tri.  
taui<sup>9</sup> tauia

Adp. adpa.  
rui truius  
Adami Ada.  
e filii mita

Ata. Ata.  
uus uia

Adauū A la  
culus uunc  
Adma Adm  
tertera ter.fi

Abpa. Abpa.  
trui truius  
Abami Aba.  
e nep tg filii mita

Abauū Abauū  
culus culi  
Abma Abma  
tertera ter.fi

Abauū Abauū  
culus culi  
Abma Abma  
tertera ter.fi

Abauū Abauū  
culus culi  
Abma Abma  
tertera ter.fi

Prop. Propa.  
trui truius  
Proa. Proa.  
mitæ mi. fi.

Proa. Proa.  
uuncu. uuncu.  
Proma p ma  
tertera ter. fil.

Proa. Proa.  
uuncu. uuncu.  
Proma p ma  
tertera ter. fil.

Proa. Proa.  
uuncu. uuncu.  
Proma p ma  
tertera ter. fil.

Pa.m. Pa.m.  
Amit. Amit.  
ma. mag.  
nepo. nepot.  
filii mag.

Pa. Ma.  
ter. ter.

Auun. Auun.  
cu. ma. cu. ma.  
Mate. Mater.  
magn. ma. fi.

Auun. Auun.  
cu. ma. cu. ma.  
Mate. Mater.  
magn. ma. fi.

Patru. Patru.  
elini elini  
Amit. Amit.  
Amiti. Ami.  
ni filii tina.

Pa. Ma.  
ter. ter.

Auun. Auun.  
culus culus  
Mater. Mater.

Confo. Confo.  
brinus brini.  
Confo. Confo.  
brina. fi.

Confo. Confo.  
brini. brini.  
Confo. Confo.  
br. ne. p. ne. abne.



Fili.  
is  
Ne. Ne.  
pos ptis  
Pro. Pro.  
nep nept  
abne Abne  
pos ptis  
Adne Adne  
pos ptis  
Tri. Trit.



# INDEX

## CAPITULORVM

Libri I. Capitulum

I. In nomine domini Amen. I  
II. De electione pontificis. II  
III. De sacrosancti romane ecclesie sedis. III  
IV. De officio monasterii. IV  
V. De officio monasterii. V  
VI. De officio monasterii. VI  
VII. De officio monasterii. VII  
VIII. De officio monasterii. VIII  
IX. De officio monasterii. IX  
X. De officio monasterii. X  
XI. De officio monasterii. XI  
XII. De officio monasterii. XII  
XIII. De officio monasterii. XIII  
XIV. De officio monasterii. XIV  
XV. De officio monasterii. XV  
XVI. De officio monasterii. XVI  
XVII. De officio monasterii. XVII  
XVIII. De officio monasterii. XVIII  
XIX. De officio monasterii. XIX  
XX. De officio monasterii. XX